

15  
alia racione puenit cani latrabili q̄ marno ¶ Scie  
dum est autē q̄ sub equiuocis p̄prehendunt analoga  
Predicantur enim analoga de pluribus inquantū di  
cunt ad vnum vt sanum dicitur de animali primo et  
proprie Est em̄ sanum adequatum in humoribus q̄  
non potest esse nisi in animali dicitur tamē sanum de  
vrina et medicina Nam dicimus hec vrina est sana  
quia est signum sani qd̄ est in animali Unde licet hoc  
nomen sanum de animali et vrina predicatur tamen  
ratio sani non potest dici de vrina Non em̄ vrina est  
adequata in humoribus sed est signum talis adequa  
tionis Et sic predicacio analoga aliquo modo con  
uenit cum equiuoca vt dictum est Et aliquo mō cū  
vniuoca Licet em̄ sanum quod de vrina dicit non di  
cat suam racionem sc̄z adequacionem humorum in  
vrina non tamen dicit aliam racionem sed eandē ade  
quacōz hūoz dicit cui⁹ vrina est signuz ¶ Denomi  
natiue vero dicuntur predicari que p̄ceta sunt et ad  
iectiua et ab aliquibus accidentibus abstractis deno  
minantur vel deriuantur vt album de homine predi  
cat et equo deuominatiue quia albus deriuat ab hoc  
abstracto albedo que est in hoīe que sic in abstracto sū  
pra de homine predicari non posset Concernitur autē  
et dicit albū q̄ idem est q̄ habens albedinez et tale po  
test de homine predicari Ad videndū autē predicamē  
ta sciendum est q̄ predicamentum seu genus genera  
lissimum dupliciter potest accipi Vno modo pro ip̄a  
intencione predicamentali seu vniuersalitatē. Alio  
modo pro ipsa re in qua talis intencio fundat vt dictū  
est primo modo p̄dicamentuz est ens racionis Sc̄o

Nonu<sup>3</sup>

videtur in du<sup>3</sup>  
m<sup>3</sup>